



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, A. M.DC.XXIX

Dominica Qvarta Post Pascha.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56232)

volente tot in hoc mundo rerum vicissitudines contingant: qui & hos gementes & illos ridentes conspicias: qui his vt membra ieiunio, inedia & rigore exteriori doment suades, illos vero voluptatibus indulgentes æquanimiter toleras? cuius prouidentiam omnis quæ in mundo diuersitas fortis apparet, respicit: tu inquam, qui lachrymas, quas iusti hoc in mundo fudere, æterna mercede compensas: delicias vero & voluptates, quibus impij abundant, dignis sæpe supplicijs castigas: nobis obsecro gratiã concede, vt quamdiu hic agimus, afflictionum acerbiter tolerare mereamur, veri Heraciti esse, & oculos in fontes lachrymarũ conuertere possimus, vt in altera vita lætemur & exulemus, atque afflictiones nostras in consolationes, aduersitates in prosperitates, tristitiam in gaudia, gaudia inquam perennia, sempiterna qualiaq; æterna beatitudo includit, commutatam videre: quorum nos participes reddat Pater. & Filius & Spiritus sanctus, Amen.

DOMINICA QUARTA POST PASCHA.

Partes.

- I. *Aduersa in diuersis sortiri diuersum effectum.*
- II. *De tristitia muta discipulorum.*
- III. *Cur expeditur Apostolus abire ab ipsis Dominum.*
- IV. *Quid acturus patet adueniens.*

Vado ad eum, qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me quo vadis? Ioan. 16.

FIGURA.

Tob. x. in Raphael ille Angelus, postquam tantorum maritorum interfectorum dæmonem in desertum Egypti abegisset, & Tobiam iuniorem saluum & incolumem reduxisset, patris cæcitatem abstulisset, & magna Tobia: dote um felicitate cumulasset: patri ac filio valedicens, ait, iam tempus est vt reuertar ad eum qui tibi me hæcenus coegit ad-

esse: atque ideo benedicite Deum cæli, & coram omnibus viuentibus mirabilia illius prædicite. Item omnino Christus hodie, qui à Propheta magni consilij Angelus vocatur discipulis suis valedicens, ait: Nam diabolus ad infernalis abyssi detruso, mundo illuminato hominum cæcitate pulsa, orbe benedictionibus & gratijs repleto, ita eodem in Euangelio aliocturus est, iam discessus mei tempus aduenit, tempus quo Patrem, quo tamdiu absui, adeam: nemo tamen vestrum de abitu meo, sollicitus interrogat quo vadam, aut quamnam discessus mei sit ratio. Hic nimirum Euangelij hodierni nucleus est, quem vt enucleemus, cæleste auxilium, precibus Deiparæ matris imploremus, ideo salutationem illi Angelicam offeremus.

AVE MARIA.

Quotidiana edocti experientia, quotidie fieri videmus, vt quod vni vita, sanitas & medela est, alteri mors, morbus & virus existat. Serpentes enim & viperæ, vt exemplo rem teri noxi probemus, ceruis salubres sunt, hominibus est noxiæ: venenum Mithridati Ponti regi, vt Historiarum monumentis proditur, cibus & vita fuit, cæteris hominibus mortem & interitum adferre solet.

Quod tantopere in naturæ ipsius secretis Tribulamur, in mysterijs etiam fidei & gratiarum locum habet, quod enim his ad animæ salutem prodest, illis æternum sæpenumero & impijs adfert interitum: quod hos ad cælum subleuat, illos ad inferna derrudit: quod his vitam, ne afferunt mortem illis & damnationem parit. Quod plurimis exemplis confirmare volens, tribulationes solas in scenam producam: videmus enim sapissime, iustis illas prodesse, impiorum vero capiti damnatione arcessere. Quod Sapiens in Prouerbijs testatur, *Non conturbabit iustum quidquid acciderit ei, impij autem replebuntur malo: cum enim aduersitates & tristitijs accidunt, commouentur, tam intus quam foris, & ideo miserijs replentur.*

Arbores in aperto & patulo campo conpositæ, ventorum turbinibus expositæ sunt: at pij arboribus si quæ altas radices egere, & profundas preparantur.

pagines

pagines extendere, eosdem immote perfluentes exhibitant, etiamsi in frondes ac ramos venti grassentur: sed quæ non nisi summa terra hærent, & non ita altas radices iecere, quam primum ad minimam procellam eiiciuntur, & eieciæ emoriuntur. Atque hoc etiam Palmographus comparationis genus adhibuit, cum de iustis locutus ait, *Et erit tamquam lignum quo t plantatum est secus decursus aquarum & folium eius non defluet.* De impijs vero, *Non sic impij non sic sed tamquam pulvis quem procius ventus à facie terra.* Atque hinc apparet, iustos tribulationum turbine non concuti, impios autem eodem ad terram prosterni.

Huius occasione duarum mihi domuum, quas in Evangelica ciuitate a edificatas reperi, in mentem venit: vnus quidem, quam stolidus aliquis arenæ inædificauerat, quæ ad primam aquilonis rabiem tempestatemque, ad terram, collabascens fundamentis, concidit: alterius vero, quam sapiens in rupe & petra validissime struxerat, quæ ventorum minas exhibilans, immobilis & inconcussa perstitit. Iustorum hic & impiorum sortem ad oculum expressam video, & in ventorum fragore tribulationum imaginem intueor: quæ cum animam concutiunt, domus illius & constantia, omnisque adeo impiorum status, mundi huius arenæ & rebus temporalibus inædificans, mox ad terram corruit & quasi solo tenus diruitur: sed iustorum, qui vere sapientes sunt turbinibus non cedit, sed eorum rabiem eludit.

Nazianzenus Gregorius tum eloquentia tum doctrina præstans, ait se, in littore maris obambulans, sublinem quandam Philosophiam didicisse. Cum enim in littore constitutus mare ipsum curiosius contempleretur: videretque hinc rupes & scopulos medio mari fluctibus impetitos, tempestatibus circum vndique frementibus agitados vudis lambentibus concussos, immobiles, persistere: illuc vero, ostrea aliquaque conchiliorum genera, mari reciprocanti agitata, modo in littus eiici, modo ad fundum demergi, modo in terra vnda adminiculante ludere, modo in imas voragines trahi cererent: cogitatione altius euectus, veram hic

Tom. 1. Pars Hyemalis.

sibi mundi imaginem representari credit: in quo iusti & electi inconculsi & constantes, scopulorum instar, nequidquam afflictionum procellis fruientibus, permanent: peccatores vero & impij, instar conchiliorum, cum mundo sursum deorsum voluntur, modo in sublime elati, modo ad ima depressi.

Hinc bene & proposito meo accomodate Augustinus olim scripsit, eodem igne aurum & paleam ardere: sed hanc nigrescere, & paulatim in cineres evanescere, hoc vero purius reddi & splendidius. Innuere nimirum volebat, tribulationibus, quæ instar ignis animam adurunt, impios & peccatores consumi, dum eisdem iniquo animo ferunt, nec à Deo sibi immitti credunt: iustos vero ipsidem, vt flamma aurum, maiorem fulgorem nitoremque accipere, virtutes augere, nouamque meritorum materiam acquirere. Vnde Sapiens, *Quasi aurum in fornace probant electos Dominus.*

An non tres illi Hebræi iuuenes medijs in ignibus constituti, & diuina præconia concipientes, illæsi perstitere: Chaldæi vero ministri, qui non nisi adstant fornacem succedentes, à flamma erumpente absorpti in cineres redacti sunt? Ingens profecto miraculum, sed euidentis exemplum, quo quod dicere cœpi stabilire potero, scilicet iustos & inculpato nullum a tribulationum fornace & afflictionum flamma detrimentum accipere, sed Deum in eisdem celebrare, eiusque mirabilia de prædicare: Babylonios vero & peccatores, mox vt propius accedunt, & vel leuiter eandem sentiunt, in cineres redigi, & animum despondendo consumi.

Ostendere Moysi cum vellet Deus, *Israël. Exod. 3.* litas multa quidem in Egyptiaca seruitute Magnum mala toleraturos, verum omnibus ijs tantum spectaculum incolumes emeruros, nullumque vel est videre minimum ab ijs detrimentum passuros, rucoastantem ardentem, noctes atque dies succensum, & tamen flammis non cedentem, sed amore diuini integrum perseverantem, in deserto Sinai non ingruentem illi exhibuit. Rubus, populi Israeliici: & tibus tentamina, tribulationum figura erat: designationibus barque ad oculum, afflictionibus illos non

M m m c e s s u

Sapient. 7.
Tribulatio
ignis est,
qui impios
in nihilum
redigit, pijs
vero merita
adauget.

Dan. 3.
Tribulationes
fornaci
Babyloni
& comparantur.

cessuros, sed e contra valentius obnixuros :
arque vt Moyses, tanto spectaculo & r i ma-
gnitudine est pefactus, magnam id visionem
esse dixit, ita non inferius miraculum nec in-
solentius spectaculum esse cenfeo, hominem
medij, in tribulationibus constitutum, in
amore D. i firmum persistere, & ab illius ob-
sequio non diuclii.

2. Cor. 4.

Huiusmodi erat Apostolus Paulus, qui de
se alijsque Christum se imitari credentibus
locutus, ait, *In omnibus tribulationem patimur,
sed non angustiatur, persecutionem patimur, sed
non derelinquimur.* Adeo vt quod ceteri, vt ita
ad lineam reuertar, dedecori & ignominia
sibi verterent, ipse sibi Apostolus laudi &
gloria duceret: quoq; illos ad terram dei-
ceret, huic noui meriti materia foret.

Tribulatio
fornaci co-
parata.

Eadem fornace & carbones nigri & pru-
nae ardentes egrediuntur: tribulationes por-
ro, vt paulo ante dicere memini, in sacris lit-
teris, igne & fornaci comparantur, & ex illis
velut e fornace succensa, peccatores, velut
atri carbones, impatientia fuligine furui: iu-
sti vero, amore diuino & eximia erga proxi-
mum charitate succensi, sicut eardentes pru-
nae prodeunt. Huiusmodi erant illi, de quo-
rum charitate locutus est Apostolus, *Quis er-
go nos separabit a charitate Christi? tribulatio?
an angustia? an fames? an nuditas? an periculum?
an persecutio.*

Rom. 8.

Gen. 40.

Tribulatio
carcer Dei.

Duo, carcere Pharaonis, eodem tempore
captiui egrediebantur, hic ad regios honores
sublimandus, ille vero supplicio extremo af-
ficiendus. Carcer hic, vt allegorice rem ex-
ponam, tribulationis symbolum est, quae di-
uinae maiestatis carcer est, e quo duo saepe
captiuorum genera egredi videmus, sed di-
uersa sorte donandorum: iustos quidem coe-
lestibus honoribus & aeterna beatitudine
mox post hanc vitam donandos: peccatores
vero velut reprobos & reiectos grauissimis
supplicijs cruciandos.

Gen. 40.

Exod. 4.

Tribulatio
in missio-
nis symbolo
dedit, quam-
diu in
Virga Moy-
si co-lata.
Esal. 22.

Virga illa prodigiola, quam Deus Moyfi
in missio-
nis symbolo
dedit, quam-
diu in
Virga Moy-
si co-lata.
Esal. 22.

Virga illa prodigiola, quam Deus Moyfi
in missio-
nis symbolo
dedit, quam-
diu in
Virga Moy-
si co-lata.
Esal. 22.

asseritur, *Virga tua & baculus tuus ipsa me
consolata sunt:* haec igitur quamdiu manibus
Mosaicis, id est, iultorum tenetur, recta &
innodis est, meritum & virtutis occasio,
praedestinationis argumentum: at in terram
prolabens, id est, terrenos illos peccatores,
peridos & sacrilegos Aegyptios impetens
non nisi venenum, virus, damnum, mors, &
interitus est sempiternus. Id est, Tribula-
tio illis ad vitam & beatitudinem prodest, &
per accidens his aeternae damnationis est
causa.

Mare rubrum vndis tumentibus horridum
iter praebuit populo Dei, & hospitem eum
traduxit: Aegyptijs autem caemiterij loco
fuit, dum quotquot intrarant, vndis sunt ab-
sorpti. Ceterum afflictio & aduersitates vere
rubrum mare dici possunt, quae iustis & Dei
filijs saluum ad terram promissionis condu-
ctum praestant, filijs vero saeculi huius, nouis
illis Aegyptijs interitum & ruina m adferunt.
Hi enim animum, illis ingruentibus, de-
spondentes, damnationem aeternam ad-
eunt: illi vero, aequo animo eadem toleran-
tes, salutem nanciscuntur, gloriaeque coele-
stis participes hac ratione fieri mereantur:
namque hae viam sternunt, & per solas angu-
stias & arumnas eodem peruenitur.

Haec quidem Euangelij hodierni occa-
sione dicta sunt, in quo Dominus Iesus, vt i
in alijs omnibus a Paschate vsque ad Ascen-
sionem legi solitis, Apostolos consolatur, ad
aduersa toleranda eos incitando, ad con-
stantiam & animi robur animando & viros
vt se praebant suadendo. Afflictio & tristitia,
laehrymaeque vbiq; hic apparent, rem gestam
Ioannes refert, dicens: *Vado ad eum qui misit
me, & nemo ex vobis interrogat me quo vadu.*
Hanc pertractaturus, primo Apostolorum e
Christi Iesu abitu orientem tristitiam pro-
ponam, ac deinde quanta nobis commoda
emolumenta que illius ex hoc mundo disces-
su accesserint, dicere conabor.

Principio igitur, refert Euangelista, Do-
minum postquam placide ac lenibus verbis
suos coarguisset, quod, cum propediem ad
Patrem esset abiturus, nemo illorum, quasi
de discessu illius parum laborarent, peteret,
quonam esset abiturus, aut quae discessus
illius

Exod. 14.
Item mari
rubro.

Ioan. 19.

II.
Euangelij
historia.

illius causa foret, vel post quantum temporis spatium reuertetur (quod peteret tamen amicus, amico in peregrinam regionem intrudere profectioem volente, solet) videretque eos hinc auditis non parum commoueri, & ad tristitiam inclinari eosdem consolando his vltim verbis *Sed quia hac locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum.*

Non sine ratione autem Apostoli tristitia & dolore conficiebantur. nam amisso se u omnia simul perdididerant. Atque ita dixisse & absentiam filij deplorasse legitur Tobia mater, *Huius, huius me, filii mei, et quid te misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostrae? Omnia simul in te vno haberes, te non debemus dimitti, et ire a nobis.* Quibus dictis maerore contumebatur, & lachrymas vberim fundebant. Maior haud dubie Apostolorum maeror & angustia Domino discedente fuisse credenda est discedente inquam Iesu, qui omne eorum solamen bonum, omnique anima gaudium erat, quod illo praesente sentiebant, absente vero amittebant. Cogitate igitur vobiscum, quam graue illis fuerit, quamque molestum, a tam benigno & mansueti Domino diuellii.

Si enim Christus felicitatem eorum de praedicans, olim ait, *Beati oculi, qui vident, quae vos videtis, & beata aures, quae audiunt, quae vos auditis, multi enim reges & prophetae desiderauerunt audire, quae vos auditis.* Quanta igitur Apostolorum maeror fuerit oportet, cum herum suum & Dominum iam iam abiturum cernerent: cernerent inquam tanto se bono propediem orbandos, oculos tam iucundissimum magistrum non amplius visuros, aures vero feruentissima eius colloquia concionesque non magis audituras, & cor solita felicitate spoliandum: Hinc illis ait, *Quia hac locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum.*

Regina Saba aulam Salomonis Regis ingressa, felicitatemque seruatorum & clientum eius demirata, cum omnia coram intuita esset, in haec tandem verba stupore plena prorupit, *Beati viri tui, & beati serui tui, qui adsunt coram te semper, & audiuunt sapientia tuam.* Si terreni regis, qui sapientia pollere dicebatur, seruos beatos ipsa praedicant, colligere hinc possu-

mus, quanta Apostolorum fuerit beatitudo, quibus semper Christus adesse, eiusque sapientiam audire datum fuit: deinde vice versa intueri, quantus eorum maeror & luctus fuerit tanto bono excidisse, eiusque praesentia carere.

Nam quemadmodum Dei praesentia animam laetitia & gaudio replet, si Psalmista verbis credamus, *Adimplebis me laetitia cum vultu tuo: ita & absentia, tristitia & afflictione testatur idem, qui ante Psalter, cum lachrymis obortus ait, Fuorunt mihi lachrymae mea panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus?* Ad eundem modum verbis exequi nemo potest, quantam Apostoli, Domino de discessu suo loquente, tristitiam in animo senserint.

Ego vado. Per discessum hunc, alium Augustinus non intelligit, quam eum, quo in admirabilis ascensionis suae die, a suis auul-
sas est, quando nimirum propria virtute, vere se Deum esse demonstrando, caelos conscendit: non vero, Eliae instar curru igneo (quo ille, in quantum homo, ut in caelum raperetur, opus habebat, quem Angeli caelum vertus dirigerent, in quo Deus illum, certo quodam loco, ut circa mundi finem apparetis Antichristo sese opponeret, eiusque audacia retunderet, constituit) sublime euectus est. Eusebius vero Emisenus, cum aliis, qui in eandem sententiam concedunt, credit Christum, sub hoc discessus nomine, mortem & passionem suam, qua exspiraturus esset, designare voluisse. Equidem, ut utramque sententiam colligam, crediderim, non inconcinne discessum hunc de utroque accipi posse, tam de morte, quam ascensione in caelos. Solebat quippe Christus sub vno sepe verbo diuerfas notiones designare: ut quando discipulis suis ait, *Ecco ascendimus in Ierusalem, in crucem se ascensurum, & in eadem exspiraturum insinuare voluit, quamuis & mortis de admirabili ascensu eius capi queat.* Vt semper suarumque enim semper praeculis habebat, & ascensionis & nos habere vult, quo ita semper mortis meminerimus, & simul iteris, quo in caelum ascenditur, quodque in aeternam beatitudinem viam praebet. Vnum afferre cruciatum solet, voluptatem alterum: vult igitur Dominus, interea dum hic viuimus, arum-

in.16.

in.10.

in.10.

in.16.

in.10.

Dei praesentia animam exhilarat.

Psal. 15.

Psal. 41.

Luc. 18.

nam semper deliciasque inter vt medij viuamus, spemq. metumq. inter dubij. In cuius rei confirmationem egregiam e libris sanctis figuram deprimam.

Deut. 24.

Noluit enim Dominus inferiorem vel superiorem molare in pignus capi, vt allegorice hoc exponam, per lapidem inferiorem timor: per superiorem metus intelligendus est. medium autem inter duos hosce lapides granum illud frumenti Christus, transeat necesse est, spem inquam & metum, neutrum porro horum in pignus vel hypothecam tradi debet alterutrum nisi defuerit, metuendum, ne quod anima periculum a deat. Semper igitur hinc metus mortis, iudicij horror, infernalium suppliciorum grauitas præ oculis habenda sunt: illinc vero cauendum, ne felicitatis certo ad eundam spes in tantum nos extramentis statum abripiat, vt mortis timor damnationisq. æternæ formido animi lasciuientis minimumq. consilij impetus aliquando non retardet.

Simile.

Examen apum cum derelictis fauis auolat, & in altum sese librans procul ab aluearibus recedit, non alia ad proprios lares & antiqua cunabula ratione reduci potest, quam si crebris terræ glebis impetatur. Vt hoc materiæ præsentem adaptem, dicendum, non aliter cogitationum nostrarum agmen, cum in altum euolare, & cælum petere, beatitudinis æternæ ad eundam ergo, gestit, impediri, & ad terram, inque humilitatis limitem reduci posse, quam si terræ glebæ in altum coniectæ, iter remorentur: id est, si mortis, quæ nos in terram deducet, terra obruet, inque terram & cinerem rediget, memoria ipsum retardet. Ita Ecclesia superbiæ nostræ tumorem recundit, & passionum insolentiam compescit, quando cineribus & terra frontem nostram, in die cinerum conspergit, dicens: *Fuluis es, & in puluerem reuerteris.*

Falco, vultur, aut accipiter, si Æliano in varia fides habenda est, & cæteræ aues ad prædam natæ, si fabri ferrarij camino apponantur, quam primum mansuescunt, & cicures redduntur. Quo docere vos natura voluit efficacius nullum passionum dominantiarum compescendarumque si insolescant,

aut nimia vanitate in superbiam elatæ effrascant, si dominari velle & furere incipiant, medium esse quam infernalem illis ignem æternamq. damnationem ob oculos ponere. Consulit hoc olim Sapiens, *Recordare, inquit, nouissima tua, & in æternum non peccabis.* *Ioan. 16.* Quod vt nos Christus exemplo suo doceat, de morte hic sua deque ascensu in cælos, quæ nouissima illius erant, sermonem instituit, dicens, *Ego vado.*

O tristem discessum, ô lugubrem separationem, absentiam nimis ah lugubrem Aristoteles de sole hoc mundi agens scripsit olim, accessu & recessu i, sius inferiora hæc & generari & corrumpi. Hinc veteres vitæ hanc nostram per solem præsentem, & mortem per noctem & tenebras absente sole inductas denotabant. Quare cum Persarum rex Cyrus quadam nocte somniasset, solem manibus suis elapsam, consulti augures respondere, regem propediem moriturum, hominumque oculis subtrahendum. Hæc Richardus Brixius. Et quidem hinc inferre volo, si veteres hoc de sole cælesti scripsere, porro nos ratione de Christo sole illo iustitiæ posse dicere: illo nimirum præsentem, omne in anima nostra bonum oriri, absentiam vero illius mortem, ruinam & omnium rerum interitum causari: præsentem illum animam iustificare: & absentem damnationis æternæ ream constituere. Atq; hæc Malachias Propheta confirmat dicens: *Orietur timenti vobis sol iustitiæ, & sanctus in pennis eius.* Sed occidentem hic & recessum in Euangelio videre est, *Ego vado.* Mox vero subiungitur, *Et nemo interrogat me, quo vadis.* *Ioan. 16.*

Hoc porro modo verba hæc interpretatur Diuersi doctissimus Rupertus, Quamuis ad mortem me properantem videatis, nemo tamen vestrum petit, quo properem, quasi omnes de me deferendo, fugiendo, non vero sequendo cogitent. Alio vero modo Augustinus & Vener. Beda: nam de futuro, non de præsentem eadem accipiunt, quasi dicere Christus voluisset, Solebatis olim à me petere, *Domine quo vadis*, quia quid in animo haberem ignorabatis, at modo nemo quo abiturus sim petit: omnes enim me nubes transcendentem & cælos gloriose ascendentem videbitis.

Leon.

Leontius, Theophylactus, & alij plerique aliud iter insistant, aiuntque Apostolorum hic tristitiam coargui: perinde ac si dixisset; paulo ante, cum vobiscum de discessu meo loquerer, eo quod vestri iuris essetis & rectius in animo dispositi, petere solebatis quoniam propetarem: at modo, cum de persecutionibus capiti vestro imminentiis, deque afflictionibus, sermonem instrui tristitia impleuit cor vestrum, & non minus doletis, quam si omne iudicium amississetis: ita ut nemo me vestrum roget, quoniam discessurus sim, aut quemnam in orbis angulum abiturus. Denique doctissimus Maldonatus longe è cæteris diuersis abit: ait enim sensum horum verborum Iesse: Nemo vestrum de futuris me interrogat, de cælo inquam gloria cœlesti, deque visione, de vita æterna ne minimum sollicitus: at omnes terrenis affixi & inhiantes, ac de sola mea præsentia corporali solliciti, cum de discessu ad Patrem auditis: contristati estis. Vos, quam visum fuerit; expositionem sequamini: equidem vltterius pergo. *Ego vado, & nemo me interrogat me, quo vadis.*

100. 16.

Id est, Quid cogitatis ô Apostoli? quid somniatis? ecce post viginti quatuor horas mortem occubiturus sum, & magna cum infamia & opprobrio in crucem suffigendus: nemo tamen vestrum, quasi mei negligens, de rei serie vel verbum inquirat. Magnum verba hæc mysterium includunt. Sunt enim nonnulli, qui quamuis DEVM amiserint, (quo tamen grauius nullum animæ malum potest accidere.) non secus ac prius lætantur & gesticunt: ne minimum de Dei absentia solliciti vel anxij. Sunt & alij, qui quamuis, dum omnia ad votum fluunt, de Deo in animo conseruando solliciti sint: aduersitatis tamen turbine ingruente, aut fortunarum mutationem passi, de illo amittendo parum laborant, extra mentis statum violenter rapti, & animi æquabilitatem deserentes. De his vero Psalmista, quamuis numero singulari locutus est, dum canit, *Constitetur tibi cum bene feceris ei.*

Psal. 48.

simile.

Psittaci, & cæteræ aues cicures, dum suauiter habentur & palpantur. quidquid brutale est exuunt, & humanam vocem sonare

incipiunt: at percussæ & obiurgatæ ad veterem brutalitatem redeunt, & siluestrem illū sonum recipiunt, humanū oblitæ. Auibus hinc homines perfimiles reperire est, qui quamdiu fortuna læto ablanditur vultu, & omnia ex voto succedunt, in diuinis beneficiis celebrandis perpetui sunt; sanctorum exemplo vitam in hoc mundo instituunt, ac non nisi de Deo loquuntur. At mox ut fortuna vultum auerterit, ut aliqua exagitari aduersitate cœperint, velut irracionales, psittaci & aues siluaticæ, sancta illa colloquia & vitam sanctorum de erunt, brutorum more & loquentes & viuentes.

Similem alij, & humoris quidem longe diuersi, prioribus dissimiles, ut qui Deum afflictionibus & ærumnis pressi custodiant, voluptatibus & deliciis affluentes perdant: in quo polypodem imitantur, qui quamuis in mari viuat; ita tamen interdum scopulis adhærescit, nulla ut ratione ab iisdem auelli queat. At huic si oleo tergum vngatur, quamprimum recedit, & relictis scopulis in mare se coniecit, ut quod violentia & robur efficere non potuit, ipsa olei lenitas & mollis vnctio efficiat. Ipsum & plurimis hominibus accidit; qui cum nulla violentia frangi, nullo aduersitatis turbine concuti, nullis malis à Dei obsequio & cultu auocari queant; voluptatibus tamen & deliciarum lenitate distrahuntur & auelluntur.

Verus Polypus David rex erat, qui diuinitatis scopulo affixus dicebat, *Mihi adharere Deo bonum est*: at primo voluptatum vento flante resiliit, & in vitiorum Oceanum sese coniecit. Erat & sponsa illa Canticorū; nam sponso suo adhærens, ut polypus scopulo dicebat, *Tenus eum, nec dimittam.* Lectulo vero deliciarum indormiens, eundem perdidit, imo ne lectulo quidem ad eum intromittendum surgere dignata est. Solus Apostolus Paulus firmiter ei adhæsit, nec aduersitate vlla ingruente, nec fortunæ serenantis aura afflante, à diuino amore separari potuit: ait enim de se, *Certus sum, quod neq; mors, neq; vita, neq; persecutiones, neq; virtutes, neq; creatura vlla poterit nos separare à caritate Dei.*

Polypus natura.

David Polypodi cōparatus.

Psal. 72.

Cant. 8.

Rom. 8.

Et est profecto homini longe vtilissimum, nunquā à Deo recedere: cogiter enim, cum

ab eo segregat, aut illum perdat, omnia se pariter cum illo perdere. Salomon denotare cupiens in quo vere reip. salus & felicitas consisteret, quatuor animalcula, exterius quidem abiecta & exigua admodum, sed in rebus necessariis colligendis sedula & industria, in exemplum produxit. *Quatuor sunt minima terra, & ipsa sunt sapientiora sapientibus: formica, populus infirmus, quæ preparat in messe cibum sui: lepisculus plebs inualida, qui collocat in petra cubile suum: regem locusta non habet, & egreditur uniuersa per turmas suas: stello in manibus nutritur, & moratur in adibus regis.* Quatuor, inquit, sunt, quæ temp. aliquam beatam & felicem reddant. Primo, de rebus necessariis & victu commeatuque parando cura ac sollicitudo: quod formica insinuat. Secundo, vt ipsa in loco quodam munito & tuto sita sit: quod lepus, vel, vt alij interpretantur, ericius denotat, quod in locis scopulosis semper commoretur. Tertio pax & unitas, quam locusta designant: quæ quamuis regem non habeant, pacetamen & concordia mutua gaudent, & quo vna se confert, sese & altera conferre solet. Quarto denique regum & Principum fauor, quem stello repræsentat, vel, aliorum expositione, araneus. Est autem stello lacertæ genus, regibus ita familiaris, vt non nisi in aulis & palatiis principum commoretur. Verum Salomon, quod imprimis ad reip. salutem facere videtur, omisit, ipsam nimirum Dei præsentiam, sine hac enim nec homo, nec resp. quidquam sunt, imo sine ipsa & pessum eunt, & destruantur. Dauid porro eandem cæteris præponens, relictis alijs, hanc solam enumerat, *Deus, non solum refugium & virtus.*

Prou. 30.
Quatuor ad reip. felicitatem conducunt.

Psal. 45.

Apostoli contristati sunt auditu Christi discessu.

Ioan. 16.

Cæterum Apostoli, cum probe scirent, quantum Dei præsentia emolumenti adferret, & quantum sideris huius aspectus sibi & mundo uniuerso necessarius foret, quamprimum v. Christum, qui vere Deus erat, de discessu loquentem audiuerunt, tristitia affecti & mœrentes animo conciderunt: ita vt Christum, eos consolando, mœrentemque verbis lenibus depulsando, dicere oportuerit, *Expedi vobis, si ego vadam, id est, Nolite deici Apostoli, nolite animum despondere, nisi de discessu vobis meo fuerim locutus: ipse*

enim vobis futurum est vtilis, & mundo uniuerso.

Expedi vobis. Multas ob causas hoc eis expedire ait: nisi enim abiret, & pro mundi salute moreretur, Spiritus sanctus non descenderet. Nam quamdiu ille præsens aderat, pud Ap. Spiritu sancto repleti non poterant: eius namq; præsentia carnalẽ Apollolis & mundanam recreationem atterebat, quam, quo celestis consolatione frui possent, illis adimipar erat.

III.
Quamdiu Christus aderat, pud Ap. Spiritus S. descendere non poterat.

Inter Ezechie regis præclara facinora refertur, quod serpentem æneum confregit, quem Moses quondam in deserto crexerat, cui filij Israel ad illum vs. ue diem incensum adolebant. Israelitæ in signum hic animi gratitudinem, quamuis malo exemplo, demonstrarunt, cum serpentem æneum, qui in deserto Sinai a viperarum moribus auos eorum sanauerat, iustar ei adorarent, & victimas ei immolarent, quocirca merito ab Ezechia rege comminutus & in cineres reductus est. Non lecus Apollolis hoc loco contingit; nam quod nimio & sensualia affectu erga præsentem Christi Domini vsum & vsum afficerentur; necesse ideo fuit & expediens, illum abire, & oculis corporeis subtrahi.

4. Reg. 18.

Expedi vobis vt ego vadam. Hinc euidenter colligi potest, quantum inter consolationes Spiritus S. & mundi huius intersit, quod Psalmita perspectum habens, terrenis animam delictis nulla affici ratione testatur, neue vllam e rebus mundi huius voluptatem trahere, ac omne illius gaudium & solamen in solo Deo consistere, *Renuit, inquit, consolari animam meam: e rebus scilicet terrenis voluptatem trahendo, Sed memor fui Dei, & delectatus sum.*

Ioan. 16.
Consolationes terrenæ spiritualibus re pugnant.

Omnes aues, quæ volant simul & natant, immundæ olim Deo erant, vt merguli, cygni, nubes, aliæque natatiles. E quibus eliceret, licet, immundos coram diuinæ maiestatis oculis censerit eos, qui in mundanarum consolationum mari natitare, & simul ad celestia euolare cogitando contemplanandoque gestunt.

Leuit. 11.

Inter cæteras veteris testamenti leges erat, ne quis agrum suum diuerso semine confeceret.

Leuit. 19.

ret. Termini legis in Levitici codicem relati sunt. *Non serues agrum tuum diuerso semine.* Quicumque igitur in animarum agro diuinæ simul consolationis & terrenæ granum conferit, quod inter se nimium quantum discrepat, legis diuinæ violatæ reus est, eiusq; mandata infringit; quin nec diuersum hoc semen se mutuo paritur.

Quamdiu Ægyptia farina in Hebræorum vasis durabat, manna cœlitus non descende-
bat, quod vt allegorice exponam, dico consolationes mundi huius, Ægypti vere farinas esse; quæ quamdiu in animarum vasculo hærent, nec consumuntur, diuinarum consolationum imber non descendet, nec manna cœleste in animam stillabit. Quo alludens mellifluus Bernard. olim dicebat, *Mens occupata carnalibus desiderijs gratiam Spiritus sancti non speret.*

Abraham Patriarcha epulum geniale suis instruxisse in Genesis legitur, cum Isaac filium ablactaret. Quem locum Augustinus exponens, rationem exquirat, cur Abraham non in die natiuitatis nec circumcisionis, sed ablactationis Isaac, cum scilicet à nutrice rediret, epulum pararet & tandem, ait, diuinam hic sapientiam declarare voluisse, tunc tandem, cum mundi vbera, id est, voluptates, deliciasque Christianus reliquerit, & gaudia mundi insipida illi visa fuerint; Angelos & cœlestes illos spiritus gaudere & exultare: ita namque in Euangelio legitur. *Gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agente.*

Non prius filius ille prodigus conuiuio exquisito exceptus fuit, vel symphonia illa iucunda recreatus, quam porcos & siliquas porcorum deseruisset. Docemur hic, non prius mundanos, veros illos filios prodigos & bonorum diuinorum dilapidatores, diuinarum cōsolationum epulo reficiendos, nec iucundissimum illum iubilum audituros quã vilem hunc mundum & propudiosum, qui non nisi porcile & boum stabulum est, reliquerint, & à voluptatibus, quæ vere siliquæ sunt, ablactati fuerint. Hinc Dominus Apostolis suis hoc insinuare cupiens ait, *Expedite vobis, sicut ego & Adam.*

Non secus ac si dixisset, *Expedite vobis,*

quo diuinarum ita consolationum partici-
pes reddamini, mundanas relinquere & sæculares: neque enim cor vestrum Spiritui sancto, & simul mundo patere potest. nam qui illum in animum descendere cupit, amorem quoque & affectum erga res sæculi exuat necesse est. Atque hoc intellexisse Psalmodigraphus visus est dum diuinam sibi misericordiam propitiam reddere satagens, diceret: *Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis viscum meum:* quo loco Hieron. ex Hebraico *Solitarium meam*, conuertit. Perinde ac si dixisset, *Pauperculæ animæ meæ misere Domine, eamque vnguibus caninis eripe: considera obsecro solam eam esse, & ab omni voluptate sequestratam, à mundano gaudio ablactatam, & ab humano solatio alienam.*

Spiritus illi cœlestes, dum consolationes, quas Spiritus sanctus solitarijs immittere solet, admirarentur, in stuporem versi dixerunt: *Quæ est ista quæ ascendit de deserto, & cœlicus affluens, inmixta super dilectum tuum? Desertum aliud non est quam mera solitudo, ac hoc denotari potest anima, quæ solū Deum in hoc mundo quærit, eique quam maxime cōiuncta est vt sponso, atq; in ipso omnem spem & desiderium figit. Mysterium porro denotat, neminem amari aut solatium à Deo accipere posse, quam qui solitarius est, id est, quæ extrinsecas consolationes non admittit, nec mundanas voluptates consecratur: amor enim mundi huius cœlestem impedire solet.*

Cum terra ex diametro inter solem & lunam interiecta est, luna deliquium pati conuenit, quod terræ orbis interpositus impedit, ne sol, qui in altero mundi extremo est splendorem & lumen lunæ cōmunicet. Hoc quidem Philosophicum est, sed Theologicū erit, si nobiscum cogitemus, non posse animas nostras radijs sancti spiritus irradiari, quamdiu rerum terrenarum amor medius interiectus fuerit, & omnē accedere gestientis luminis accessum impedit. Quamobrem qui à Deo amari desiderat, terrena odere necesse est.

Cum duæ illæ mulieres inter se de prole litigarent, nefaria prolis suppositrix ait, *Nec mihi, nec tibi, sed diuidatur,* atqui veræ prolis mater.

Cor nostrū
Spiritus S.
& simul
mundi do-
mus esse
nequit.
Psal. 21.

Cant. 3.

Eclipseos
causa.

3. Rog. 2.

Deus non
vult animā
nostram
diuidi.

mater erat, qua erat in viscera sua caritate diuidi hunc noluit, sed integrum aduersariæ tradi. Moralem hinc sensum eliciens, dico Christum verum animæ nostræ Dominum, principem ac patrem omni ratione impedire, ne ipsa diuidatur, & partem illius terra, patrem etiam cœlum occupet: at integram sibi deposcere, aut integra mundo vt tradatur velle.

Matth. 21.

Christus templum Salomonis ingressus, non modo nummularios, sed & vendentes & ementes columbas in sacrificij vsum, flagello è funiculis cōtrecto eiecit, quod ipsum domus orationis, non vero negotiationis esset. Cor nostrum verum etiam Spiritus sancti templum dici potest, Auditores, & generoso hocce Dominus factio significare voluit, non à peccati duntaxat sordibus, sed ab omni etiam carnis inquinamento cor immune seruandum: nam vbi caro vel mundus sedem sibi delegerint, habere Deum locum, aut domicilium figere non potest. Atq; hæc nimirum ratio est, cur Christus, quo Apostoli Spiritum paraclitum, & consolatorē mortuorum, recipere mererentur, hodie ipsis declaret, quam maxime illis expedire se ad Patrem proficisci, & eorum se oculis subtrahere: simul emolumenta & commoda, quæ hoc illis discessu euentura essent recenseat. Hæc vltimo concionis huius membro prosequar, vt me initio facturum pollicitus fueram.

IV.

Discessus
Christi e
molumenta.
Ioan. 16.

Christus igitur suos consolaturus, discessus sui emolumenta enumerans, primo loco Spiritus sancti aduentum collocat, dicens: *Si non abiero, Paraclitus non veniet ad vos*, quibus verbis plenitudinem gratiarum Spiritus sancti promisit, quæ tamen non prius quam Christus in cruce mortem occumberet, haberi poterat, nam quamuis gratia per Messiam natum iam inde ab exordio mundi collata fuerit: non tamen plene & abunde, nisi prius ille in cruce exspirasset. Atque ita intelligenda sunt verba illa Ioannis, *Nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus*, id est, ante mortem Iesu Christi: per hanc enim ipse immortalem est gloriam & triumphum consecutus. Dabatur quidem Spiritus sanctus, sed paucis admodum, & non apparenter, & vix aliquos effectus pro-

Ioan. 7.

ducebat. Demum post passionem Domini, cam, & plurimis, & visibiliter datus est, & multa effecta causabatur prodigiaque inaudita operabatur.

Necesse quoque erat Christum non modo Non potest
mori & resurgere à morte gloriosum, verum rat Spiritus
etiam triumphando in cœlos ascendere, prius in terram
usquam Spiritus sanctus mitteretur; quò ita descendere,
eius diuinitas patetceret, atq; vniuerso mundi nisi Christi
do fieret manifesta, quam exteriora illa operatus cœlos
ra & interiora, quæ editurus esset, & infinita petisset.
illa signa; declaratura erant: quæ omnia non Spiritu S. sed Christo Iesu, si in terris superstes fuisset, mundus attribuisset: ideo vnum in cœlos ascendere necesse erat, priusquam alter hinc descenderet. Hinc quoque inferre, prout Theologi quoq; docent, Spiritum S. à filio procedere: nam vt bene D. Augustinus quarto de S. Trinitate libro, & D. Thomas prima, quæstione quadragesima tertia, rationi consentaneum & æquissimum est, vt persona, quæ altam mittit, eius etiam sit origo & principium hinc est quod Pater à nullo mittatur, eo quod à nulla aliarum personarum dependeat nec procedat: si autem certissimum est, Spiritum à filio mitti, inferre quoque libere possumus, ab illo simul etiam procedere: missionem quippe processio semper sequatur, quæ & hisce verbis confirmamus, *Si non abiero, paraclitus non veniet.*

Ioan. 16.

Verba hæc obscura admodum & intricata sunt, plurimorumque ingenij aciem non parum torserunt, inquirentium, qui Spiritus S. descendere non posset, nisi prius Christus abijisset. Rupertus imprimis magni ingenij & doctrinæ, qui tamen in singulares nonnunquam & exoticas opiniones abit credit, ideo Spiritum S. descendere non potuisse, id est, non expedijisse vt veniret, eo quod, si Christus Iesus non abiret, id est, non moreretur, nullam consolationis occasionem habuisset. Nam quam in re Apostolos esset consolatus, si nullam dolendi occasionem habuissent? nulla porro lugendi tristitia dique causa fuisset, si Dominus non exspirasset, nec abiisset, sed perpetuo apud eos mansisset. Neque enim aliam ob causam descendere Paraclitus poterat, quæ vt afflictos discipulorum animos solaretur, ac vulneris è magistri absentia con-

Diversa ha
ius loci in
reperatio

videtur

contracti amaritudinem leniret. Quare si non abiero, Paraclitus non venit ad vos.

Leontius autem & Theophylact. ideo nifiabeunte Christo Spiritum descendere non potuisse putant, quod iter adhuc obstructum & obseptum esset, quod Messiam aperire & referare par erat. Neque enim descendere ad eos Spiritus S. poterat, quos peccatum adhuc & imperfectio nimia occuparet; auferri vero & aboleri peccatum non poterat, nisi per discessum Christi, id est, mortem in monte Calvaria: ipse siquidem moriendo peccatum destruendo, & vitam resurgendo reparavit.

Augustinus vero, Gregorius, Bernard. ac Beda, allegorice hæc ipsa intelligunt, & hunc horum esse verborum sensum credunt: Nisi omnem carnalem & terrenum affectum penitus auferam, & vos, ut ita dicam, sublimem; nunquam Spiritum S. in cor vestrum recipere poteritis; ait namque Apostolus, Animalis homo non percipit ea quæ Dei sunt. Hinc ipse Dei filius, cum sublimem hanc Philosophiam discipulos edocuisset, & quodam tempore ab ijs peteret, quodnam hominum & totius mundi de se iudicium foret; Apostoli vero responderent, quoddam eum ut Eliam, alios ut Ieremiam, aut vnum è veteribus Prophetis credere: ipse oratione ad suos conuersa dixit, Vos autem quem me esse dicitis? Non secus ac si dixisset, Homines non nisi ut homines loquuntur, eorumque sermones & iudicia terram spirant, ac carnem sapiunt: vos vero, qui carne & sanguine quid sublimius sapitis, & iudicium depuratus habetis, quid de me sentitis? quanam vestra de me opinio? vos enim qui non nisi spirituales estis, non nisi spiritualia sapere par est. Quod apertius historia huius & interrogatoriæ inquisitionis clausula restatam faciet: nam cum Petrus Apostolus, humanum captum transgrediens, diuinitatem Christi confessus esset, mox ei Christus respondit, Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui est in caelis.

Doctissimus autem Maldonatus Societatis Iesu, alia ratione eadem verba exponit, creditque, ideo Spiritum S. venire non potuisse, quod nullus in caelo qui eum dimitteret, reperiretur; venire autem nisi missus non poterat: atqui nullus eum nisi Christus mittere poterat, nam quamuis eum Pater, ut quem produxerat, mittere posset, tamen certis quibusdam de causis à Filio potius quam à Patre eum mitti par erat; nam hoc ipse præmeritus erat, non solum quod principium & fons esset, à quo promanaret, verum etiam alias ob causas; nimirum quod caput, summus Pontifex, princeps & Ecclesiæ gubernator esset, ad quem ex officio inculberet, curare quidquid ad illius perfectionem, excellentiam, dignitatem, gloriam & amplitudinem facere videatur.

Aliam expositionem etiam adfert Rethymius; quæ mihi præ cæteris atridet, & quam libens sequor. ait igitur, Christum hoc modo loquendo, non voluisse indicare, absolute Spiritum venire non posse nisi ipse decessisset: hoc quippe fieri poterat: sed, quoniam ita in concilio diuino statutum & decretum erat, idcirco fieri non posse ait. Decretum inquam erat, ut omnes SS. Trinitatis personæ simul in hominis salutem redemptionemque inculberent, Pater quidem filium in mundum mittendo, Filius hominem morte sua redimendo, Spiritus S. denique eundem gratiæ lumine illustrando. Atque ita vnaquæque effectus suos & tempus habuit, vnaquæque officio functa est suo. Adeo ut nisi Christus ad Patrem ascendisset, Spiritus nunquam caelo descendisset, atque ita intelligamus Euangelij textum: Nisi enim abiero paraclitus non veniet.

Hic opportune mihi Eliæ Prophetæ in mentem venit, hic quippe cum in caelum à Deo eleuandus esset, Elisæus discipulus eum comitatus, non parum ob discessum illius dolebat, non tamen interrogare audebat, quoniam iret; donec tandem Iordane transiit, dato, Elias diceret: Pete à me quodcumque labuerit, priusquam abeam. Cui respondit Elisæus, si quam apud te gratiam adeptus vnquam sum sancte pater, transeat obsecro in me duplex ille spiritus, quo te Deus donauit. Quo dicto, ecce tibi mox igneum cum fragore

Ioan. 16.

4. Reg. 4.

Nann fragore

tract. 95. lib. 1. cor. 2.

Matth. 16.

Ibidem.

fragore currum caelo descendente, & magistrum à discipuli conspectu sublime auferentem: qui consternatus in clamabat: *Pater mi, pater mi, currus Israel & auris a eius, quem dum Elias clamantem audiret, pallium è curru dimisit, quo accepto Elifæus ad Iordanem pedem retulit, & eodem aquas secundo percutiens, incolumis & sospes, nec vodus quidem, flumen transijt. His visis omnes Prophetarum filij, qui in altera fluminis ripa consistebant, dicere cœpere, vere Eliæ spiritum in Elifæum transisse.*

Eliæ raptus Porro historia hæc scite admodum hodierno Evangelio quadrat, in quo Christus cum Christi discipulis illis ait, *Vado ad eum qui misit me, sed & nemo ex vobis interrogat me quo vadis, sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum.* Præmonuerat suos in vltimæ cœnæ verbis, quorum Evangelium hodiernum pars est, Dominus, abiturum se, & in cruce morte occubiturum: hinc cum ipsi non parum angerentur ac dolerent, ipse ad Patrem se propediem iturum, subiunxit, & caelos magna cum gloria & maiestate conscensurum; vt ita re ipsa demonstraret, verum se Deum esse, cuius Elias solum figura existisset: nam vt hunc cœli abripiendum, & à suorum oculis abstrahendum, nemo discipulorum rogauit, quamnam in regionem esset discessurus, ita nec Apostoli Iesum Christum, cum de discessu ageret. Atque vt Elifæus, Eliæ abeunte, duplicem ab eo spiritum postulauit, ita Christus, in procinctu cum esset, & iam iam abiturus, Spiritum ijs sanctum se dimissurum spondit, sed Spiritum duplicem, eo quod eodem operante & futura, instar Prophetarum, prædicarent, & signa ac prodigia varia ederent. Curus autem Eliæ, crux illius fuit, in quam à terra sublimis raptus fuit, igneus autem, quod amoris ardor hic potissimum eluceret; turbo & fragor, passio fuit; & pallium, sacramenta, quæ è latere illius emanarunt, & quibus mundi huius aquas, id est regum, imperatorum, oratorum, & philosophorum peccata dissecuit; per quæ Apostoli secco & inuiolato vestigio transferunt. Dicite igitur an non egregia inter Iesum & Eliam sit similitudo, & magna inter raptum huius &

passionem ac mortem illius, atque veriusque spiritum conuenientia. Modo ad lineam redeo. *Si non abiero, paracletus non veniet ad vos.*

Ioan. 16.

Alterum, quod è discessu Christi emolumentum sequitur est, quod Paracletus spiritus descendet, qui mundi peccata diiudicabit. *Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato.* Augustinus & Chryllostomus de infidelitatis peccato hæc intelligunt, super quod Spiritus S. descendens mundum coarguet, confutabit, atque erubescere coget: Cyrillus autem Alexandrinus de omni in genere peccato accepit: vnde colligere possumus, primo quoniam Deus odio peccatum prosequatur, cum primus Spiritus descendens effectus futurus sit, mundum de peccato arguere. Secundo, concionatoribus ex officio incumbere, peccata coarguere, in sceleratos & impios è suggestu debacchari, eorumque nequitiam reprehendere. *Arguet*, porro hoc loco aliud non est quam reprehendere & convincere, vt & illo loco, *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Atque ideo Spiritus veniens arguet mundum de peccato.

Spiritus sanctus mundi peccata diiudicat.

Ioan. 16.

Lib. 10. c. 46.

Ioan. 8.

Id est, non modo mundum peccati infirmulabit aut velut reum citabit, at eundem ita conuincet, tamque aperte peccatum ob oculos ei ponet, vt negare ausurus non sit, aut aliquam excusationem prætexere. Fuere nonnulli qui per mundum hunc solos Iudæos designari putant, qui horrendi illius sceleris in Christum Domini commisi rei conuincuntur, & proinde damnabuntur: verum communis Patrum sententia est, eaque melior & probabilior, de vniuersis omnino peccatoribus & mundanis Christum locutum hic esse: ac sensum huiusmodi hinc elici posse: Veniet tempus, quo, Spiritu descendente, & omnibus quæ per eius auxiliu facturi sunt Apostoli, videntibus, (quando nimirum idiotæ & scientiaru omnium ignari omnibus linguis loquentur, ægros persanabunt, mortuos ad vitam resuscitant, plurimæque per orbem signa eaque illustra edent) mundani conuicti, confiteri cogentur, Christum Dominum, in cuius nomine omnia hæc fiunt, vere mundi Saluatorem extitisse, ac grauiter se deliquisse, cum nec ipsi

ipſi nec Apoſtoliſ illius fidem Chriſtianam denuntiantibus, credere voluerunt. Atque ita Spiritus S. conuincet mundum de peccato: nec de peccato ſolum, verum *de iuſtitia & iudicio.*

Tertium hoc diſceſſus Jeſu emolumentum eſt; quod poſt obitum ſuum daturus ſit Spiritum, qui mundum iuſtitia & iudicij coarguet. Quamuis locus hic non niſi quiaque contineat verba, eaque exigua & breuia, nō tamen credam difficiliorem aliquem aut obſcuriorem magisque intricatum in omnibus Euangelis ſtis reperiri: quem vt nihilominus intelligamus, notandum eſt, duo pugilum paria de ſalute noſtra decerataſſe, & duplex duellum pro eadem commiſiſſum. Jeſum ſcilicet & diabolum, Spiritum S. & mundum. Dæmonium Jeſus, & mundum Spiritus paraclitus ſuperauit. Deinde ſciendum verbum *arguere* Græcè *ἐλέγχειν*, non modo Accuſare, vel accuſando conuincere, denotare, verum etiam pro Docere & euidenter demonſtrare capi poſſe. Vt quando à Spiritu S. mundum de iuſtitia arguendum Chriſtus dicit, credibile ſit, Spiritum mundum iuſtitia non accuſaturum (quis enim virtutem accuſet?) ſed iuſtitiam demonſtraturum, docturum, oculisq; totius mundi euidenter oſtenſurum.

Arguet mundum de iuſtitia & iudicio; tum propter homines, tum propter Chriſtum: quaſi dixiſſet, Spiritus demonſtrabit, mundum peccatus iniquatum eſſe; à Spiritu autem impios iuſtificari, vel potius eos, qui in ipſum credunt iuſtos eſſe, atque hoc modo exponunt Auguſtinus, Cyrillus, Beda, Rupertus, Bernardus autem omnia mundo attribuit; Spiritus ſanctus arguet mundum de peccato, quod diſſimulat; de iuſtitia, quam non ordinat, dum ſibi, non Deo, eam dat; de iudicio, quod uſurpat, dum eam de ſe, quam de alijs temere iudicat.

Arguet mundum de iuſtitia & iudicio: id eſt, iuxta Chryſoſtomum, Leontium, Theophylactum & Euthymium, (qui, non niſi de iuſtitia Chriſti exponunt) Spiritu S. in mundi huius ſchola docente, mundus cognoscet, Chriſtum, quem ille peccatorem nuncupare ſolebat nulla ratione peccatorem eſſe, ſed

iuſtum potius & à Deo profectum, cum ad illum proficiſcatur, quo in æternum cum ipſo regnet, & æterna gloria cum ipſo particeps fiat. Atque ita mundus ſe conuictum videbit, & coarguetur, quod iuſtitiam & Chriſtum perperam iudicauit, atque hoc nomine Spiritus S. cum arguet.

Arguet mundum de iuſtitia & iudicio. Hoc ibidem: ipſum & filius, cum in mundum venturus eſſet, iudicaturum ſe per Prophetam dixit: *Ego cum accepero tempus iuſtitias iudicabo.* quod iudicium Dauid rex celebrans ait: *Sediſti ſuper thronum, qui iudicas iuſtitiam,* id eſt, Tu es Domine Præſes & Iudex adeo ſeuerus, vt quod mundus iuſtitiam credit, & æquum exiſtimat, tu velut iniuſtitiam condemnes, & opera, quæ mundanis, vt apparent iuſta, tu velut iniuſta coarguas. Notate porro, dici hic, *arguet, non iudicabit,* Spiritus ſanctus enim non niſi inſtar denuntiatoris & accuſatoris erit, ſed Chriſtus futurus eſt Iudex.

Arguet, &c. Id eſt, Quod mundus Chriſtum, vt malefactorem & iniquum habuit, ideo Spiritus S. in orbem veniens contrarium docebit, eumque innocentiffimum & æquiſſimum fuiſſe demonſtrabit: idque ex prophetia Pſalmographi, *Reuelabit in conſpectu gentium iuſtitiam ſuam.* Arguet etiam de iudicio; declaraturus eſt enim ad oculum, Chriſtum viuorum ac mortuorum iudicem eſſe: quam dignitatem Pſalmiſta olim ei à Deo Patre dari poſtulabat dicens; *Deus Patris æternæ iudicium tuum Regi da, & iuſtitiam tuam filio regis.* ac de ipſo in Actis legimus: *Hic eſt, qui conſtitutus eſt à Deo Iudex viuorum ac mortuorum.* quocirca Spiritus S. in mundum veniens, *mundum de iuſtitia & de iudicio.* Ioan. 16. Id eſt:

Spiritus cum in orbem deſcenderit, eum iuſtitia neglecta arguet, cuius tamen infideles & barbari tantopere ſtudioſi fuere. Hinc in Meditationibus ſuis Auguſtinus dicebat: *Tot iudicibus inops adſtabo, quos me præceſſerunt in opere bono: tot arguentibus confundar, quos mihi præbuerunt bene viuendi exempla? tot conuincar teſtibus, quos me meminerunt proficius ſermonibus, ſeſeq; imitandos dederunt iuſtis actionibus.*

Ioan. 16.

Spiritus S.
ostender
iudicium
quod ex-
unt inducere.
stare.

Arguet mundum de iustitia in iudicio : Id est; denique Spiritus sanctus, cum à me missus fuerit, vniuerso mundo palam faciet generale aliquod & commune iudicium futurum, quod impij in animum suum neque-remum inducere. Atq; vt fures & prædones cum aliena furantur, cruces & patibula parata esse norunt furantibus; eisdem tamen se nemo affigendum credit, nisi dum affigitur: ita peccator credit quidem esse aliquos manes, & iudicium vniuersale aliquando futurum; at sibi horum nihil ascribit. verum Spiritus sanctus omnia hæc euidenter ostendet, & aperte demonstrabit. Christum æquissimum vniuersum ac mortuorum iudicem esse; cum omnes aperte visuri sint mundi huius principem iam ab ipso esse iudicatum. Ita Chrysostomus, Cyrillus, Theophylactus, Eusebius & alij innumeri, vel *arguet mundum de iudicio*, id est, Efficiet vt mundus praua quæ ferri iudicia perspiciat, & quam temere & exæcatus iudicet, cognoscat. Atque ita interpretatur Bernardus; & ipse pergo ulterius. *Et docebit vos omnem veritatem.*

Ioan. 16.

Spiritus S.
doctor ve-
ritatis.

Vltimum hoc emolumentum est, quod Spiritus omnem nos veritatem sit edocturus: solus siquidem ipse veritatem nos docet; mundus non nisi mendacia & dolos. Vnde Psalmista, *Omnis homo mendax*. verum non modo mendax, sed ipsum etiam mendacium appellatur, *Vt quid diligitis vanitatem, & quaritis mendacium?* Quidquid Turca, Judæus, & hæreticus docent, falsum est, & mendacium spirat, at Spiritus sanctus, ipsa veritas: Deus enim mentiri nequit, iustusque verba semper à veritate initium sumunt. *Principium verborum tuorum veritas.* Spiritus igitur sanctus semper nobis veritatem suggerit, at mundus non nisi mendacium: Spiritus doctor & auctor veritatis, mundus vero mendacij.

Psal. 118.

Spiritus quoque beatos prædicat pauperes, & vere: mundus è contra in clamat, Beati diuites, qui consolationes vestras habetis; & nequiter mentitur. Spiritus beatos pronuntiat, qui famem, frigus, æstum, persecutiones, adeoque omnem aduersitatum simulul æquo animo perferunt; & veri-

tatem pronuntiat: Mundus vice versa felices & fortunatos credit illos, qui semper faturi sunt, honoribus abundant, cæteris imperant, deliciis affluunt, & quibus omnia ad votum currunt; & nequissime mentitur. Mutabuntur enim omnia, & alternantibus vicibus humilia exsurgent, & sublimia deprimentur. Epulo ecce moritur & viuis in infernali voragine sepelitur; moritur & inops Lazarus, & ad Abraham Patriarchæ sinum defertur, atq; inter iustos collocatur: tu igitur munde non nisi mendaces, impostor, mango & Pseudopropheta.

Luc. 16.

Cauete igitur, Christiani Auditores, mundus vobis semper suspectus sit, verbis illius nolite credere: nam fucum oleat, & impostor est: verum Spiritui sancto aurè accommodate, credite quidquid ille vobis suggerit: neque enim ille aliud quam veritatem docere potest. *Qui si mundum derelinquendum esse suadeat, credite: si felices pronuntiat plorantes, nolite dubitare: si paupertatem diuitiis præferendam senserit, credite verum suggerere.* Deinde recordemini omnium eorum, quæ in hoc Euangelio referuntur, recordemini inquam Jesu Christi, & mortis passionisque, sapius ipsam animo voluit, menti insculpire, eamque penitus inuestigare. Ad hæc, proponite vobis, quæ Spiritus sancti aduentus attulit commoda, primo peccatorum remissionem, deinde iustitiæ & iudicij accusationem, demum omnis veritatis eruditionem, atque hæc non nisi solis meritis Jesu Christi: nisi enim ille mortuus fuisset, nihil omnium eorum accidisset.

Tibi vero, ô Saluator, vniuersi immensas gratias agimus, cum tu ipse vnica tantorum bonorum causa extiteris, tibi que cuncta hæc ascribenda sunt: Obstricti itaque sumus, ex toto te corde adorare; sine te enim Spiritus non descendisset, mors nobis tua felicitatem peperit, & adscensus tuus in cælum Spiritum fecit descendere: tu illum hunc in mundum mittere voluisti, quippe, qui illum simul cum Patre in cælo spirasti. Nec alia de causa mittere; quam vt mundum de peccato argueret, iustitiam illius condemnaret, iudicia carperet, & ita om-

nem